



B, 20.

I, 20.



124

SERENISSIMÆ  
DOMUS SAXONICÆ  
**HODIE IMPÉ-  
RANTIS CAPITA,**  
Ex  
Historia describunt,  
EAMQVE  
DESCRIPTIONEM  
INCLUTÆ FACULTATIS PHILOSOPHICÆ,  
CONSENSU,  
P R A E S E S,  
**M. JOH. ERNESTUS MÜLLERUS,**  
Berga-Thuringus,  
Et  
RESPONDENS,  
**JOHANNES CHRISTOPHORUS GERNHARD,**  
Coburgô-Francus, S.S. Th. & Math. Cultor,  
PLACIDIS ERUDITORUM CENSURIS,  
*d. 30 Aprilis, Anno MDCXCI.*  
submittunt.  
H. L. Q. C.

---

LIPSIÆ, Typis Joh. CHRISTOPH. BRANDENBURGERI.





DEO  
Supremo ac Clementissimo  
**DOMUS SAXONICÆ**  
PROTECTORE  
JUVANTE.

**P R A E F A M E N.**

**H**X eo tempore, quo hujus Dissertationis conscribendæ institutum in animo voluntare cœpimus, eidem hoc decretum insedit simul, nos isthac Oratione, quo velut Prologo Heroicæ Gentis Theatrum aperturi essemus, perfectam SERENISSIMÆ FAMILIÆ SAXONICÆ Laudem delineare velle, verùm enim verò quamprimum aliquas curas cogitationesque solidiores ad hoc Negotium afferre insti-  
tueremus, ipsa rerum copia deterriti statim in vestibulo hujus operis tan-  
quam ad Saxum aliquod Sisyphium volvendum adhæsimus, ut Dissertationis in ordinem redigendæ nec initium, nec finem invenire possemus. Et animo, nos ab admiratione Virtutis & difficultate operis emersuros esse unquam, diffideremus. Quare ut saliem Apprehensionis, sinminus Comprehensionis, mensuram quodammodo adimplevisse & in magnis tentasse aliquid, videremur, hanc unam consilii rationem nobis superesse judicavimus, ut Capita modo, in quibus omnis hujus Virtutis Gloria æternat, re-  
censeremus, & opus fusius diducendum relinqueremus illis, quorum multijugæ Eruditione exercitatissimæ mentes laudis immortalis Trophæa exinde affectant, & Illustrium Familiarum ab hac nostra ætate remotissimas Origines ingeniorum suorum divinitate complectuntur. Interim, quod diximus, ne caligantibus planè oculis hujus Generis Solem inspexisse, nec quicquam venerationis animo exinde concepisse videremur, quomque

A 2

obtua-

obtusæ mentis acies penetraverit, & quantum experientia & devotissime Venerationis studio didicerit, nunc juxta modulum ingenii nostri minutum (ut Mathematics Studios cum Mathematicis ita logi liceat) radio brevitas delineabimus.

§. I.

**N**eutiqvam verò nos isthæc spes & opinio fallet, omnes, qvorum aliqua in legendis Alberti Crantzii, Davidis Chytræi, Cyriaci Spangenbergi, Georgii Fabricii, Frederici Schmidii, Matthiæ Dresseri, Dn. Conringii, & Schurzfel-schii Scriptis aliisque temporum monumentis volvendis, ut sunt Maximè Reverendi Speneri ac Nobilissimi Dn. im Hoff cùm æternitate perennaturæ Tabulæ Genealogicæ, industria unqvam versata est, de hoc nobiscum idem sentire, SERENISSIMAM SAXONUM FAMILIAM cum Summis in Orbe Europæo Sangvinibus de Gloriam certare, sive Generis Antiquitatem, sive Illustrium Cognationum Amplitudinem, aut Rerum gestarum felicitatem unà cum mira Sangvinis Fœcunditate ad omnem historicæ fidei normam examinemus. Suum ad Orbatum Habsburgensem Archiduces Austriæ cum Hispanorum Monarchis Sangvinem referant, Galiarum Reges Ortum suum Hugoni Capeto adscribant, & DEO & Fortuna juvante, ad Regiam in Anglia Dignitatem, evectus Wilhelmus III. communi totius Humanitatis Amore dignissimus Princeps, ad Nasvam Genus suum alliget, quem à C. J. Cæsare in Defensorem ac Protectorem Rheni erectum esse, Historia tradit. Glorientur Potentissimi Daniæ Reges unà cum Ducibus Holstianis de antiquissimis suis Majoribus Oldenburgesium Comitibus, ac Svecicæ Monarchiæ Conditores unà cum Bavariæ ac Palatinatus Principibus à Caroli M. Posterioritate Genus suum deducant. Horum Origines omnium Saxonum Duces Antiquitatis Gloriæ ac Celebritate longissimè transcendunt. Haut diffiteor Brandenburgensium Duces Comites Zolleranos, Luneburgenses Gvelfos & Azones, Landgravios Hassiæ Comites Lœvenses, Mecklenburgensium Duces Ottobritas, celeberrima inter Vandals Nomina, Würtenbergensium Principes Barones Beutelsbachios, & Marchiones Baden-sium Bercholdum Zeringensem, non injuria, multis laudibus tan-

tan-



tanquam æterna Familiarum suarum Ornamenta in Tabulis Genealogicis exhibere, illis autem aliisqve Illustribus Familiis cur Antiquitate & Celebritate generis cedat Domus Saxonica, nusquam causam invenit. §. II.

Acutissimi in Orbe Literario Scriptores laudabili & operoso satis studio Saxonum Genus, quo de nostra erit Dissertatio, ab ipso HARTERICO SAXONUM REGE, qui Borbistam Regem Gothorum, quos Vagina Gentium Septentrionalis per omnem Orbem diffudit, vicit, & sub cuius Filio Anserico, CHRISTUM SERVATOREM MUNDI natum ac denatum esse perhibetur, per tot Regum, Ducum, Landgraviorum, Marchionum ac Comitum Familias derivant, ut omnes Illustres Europæ Domus Generosissimo Saxonum Sangvine disseminatas esse, facile quispam existimare posset. Qvod si igitur à tot retrò actis Seculis jam-dum Saxonum Familia in Regia Dignitate constituta fuit, per quod àtatum gradus antiquiores progrediendum foret longius, antequam ad primum hujus Virtutis Fontem devenire liceret. Licet etiam hac in parte haut certa Historicorum opera sublevemur, ex hac tamen causa hujus Sangvinis Gloriaræ nec quicquam decedit, sed auget potius Illustroremque eam reddit, quod omnem Scriptorum àtatem superet; interim multum debemus nostro Schurzfleischio inter Historicos accuratores hoc tempore Celeberrimo, qui ex Wittekindi Corbejensis Annalibus rem omnem planissimam facere & continuam Genealogiaræ seriem connectere laudabiliter annititur. Hæc Familia in tanto semper pretio habita est, ut maximi Orbis Europæi Monarchæ Genus suum ad eandem, tanquam commune Virtutis Seminarium, revocaverint. De antiquis Anglia, Northumbria, Frisia ac Gallia Dominatoribus, res in proposito est. Ex hoc Virtutum Fonte Sangvinem suum adhuc hodie haurire volunt Invictissimi Daniæ Reges unà cum laudatis Ducibus Holsatiæ, qui Comites Oldenburgenses ab eodem WITTEKINDO MAGNO, Saxonum Patre, deflectere non sine ratione student. Lüneburgensium Duces ac Palatini unà cum Sveciæ Rege quam propinqva Saxones cognatione attingant, verissima etiam Historia testatur, Nolo commemorare Sabaudiæ Duces, aliasqve

complures Illustres Familias, qvæ insigniter sibi de eo gratulan-  
tur, qvod SAXONUM DUCES aliquo Sangvinis Gradu conjunctis-  
simos habeant, qvi nunc in tot Ramos excreverunt, ut Serto Ru-  
taceo Flores posthæc deesse neutiqvam possint, Potentissimis  
Familiis MEROVINGORUM, CAROLINGORUM, PALÆOBRANDEN-  
BURGICORUM, JULIACENSIVM, POMERANORVM, aliorumqve,  
vel extinctis, vel ad tenues reliqviæ redactis, hæc Saxonica o-  
mnibus antiquior adhuc æternat, & in Summo Flore viget,  
viretqve tot generosissimis Animabus eam adversus interitum  
communientibus. Extollant & in Cœlum usqve laudibus e-  
vehant Däirios suos à terris nostris remotissimi, Orientem seu  
Occidentem versus, & Fidei Christianæ abjurati Hostes, Japo-  
nentes. Numinis instar colant ab Anno MDC XL, Tyranni-  
cum in se Imperium exercentem Tartarorum Chamum in-  
geniosissimi Sinenses; Indi auro gemmisqve opulentissimi Ma-  
gnum suum Mogulem ament, colantqve, quantum lubet; Lu-  
xu atqve otio diffuentes Persæ Schachium suum imis deve-  
rentur obseqviis; Sultanum Gens Turcarum barbara ut supre-  
mum in Orbe Tyrannum laudet; & intolerabili aliâs Imperio  
regi adsveta & adsviendum nata Gallorum Natio, Ludovi-  
cum XIV. supremis Sanctorum Ordinibus annumeret, nos no-  
stros SAXONIÆ DUCES venerabundi exosculamur Clementissi-  
mos patriæ Patres, & qvo Sanctissima Illorum Nomina pretio  
æstumemus, hac votiva & suspensa Dissertationis Tabula pla-  
num faciemus, sedulô prohibituri, ne gratissima & jucundissima  
Eorum Memoria unqvam mentibus nostris excidat.

### §. III.

Ut certum constituamus nostræ Orationis terminum, à  
qvo omnem ordiemur Dissertationem, eum esse volumus FRI-  
DERICI I. sive BELLICOSI ætatem, à qvo Friderici Strenui Fi-  
lio Marchione Misniae & Anno MCD XXIII. ad Electoralem  
Dignitatem Posonii ab Imperatore Sigismundo electo omnem  
Serenissima Ila Capita Ortum trahunt suum, qvotqvot ad Er-  
nestinam & Albertinam, Lineas colliguntur, qvæ igitur in  
utraqve generationum series sit, brevissimis expediemus, ante-  
qvam opus, qvod Dissertationis hujus Titulus aperit, aggredie-  
mur,

§. IV. Hic

#### §. IV.

Hic laudatissimus Princeps FRIDERICUS BELLICOSUS qvod Nomen à Bello, feliciter pro Sigismundo adversus Hussitas, aliosq; gesto, tanquam æternum Familiæ suæ decus occupavit, unà cum Conjuge sua Catharina Brunsvicensi qvatuor procreaverat Filios Filiasq; duas, è qvibus Fridericus II. cognomine Placidus laudatus, Hæres Electoralis Dignitatis factus est, Sigismundus qvi secundo ab ipso partu edebatur in hanc lucem vitalem, Episcopalem obtinuit apud Würtzburgenses Dignitatem. Wilhelmus Vinariensis Lineæ Conditor esse debebat, sed mascula prole destitutus omnes suas terras hæreditate legavit ipsius Fratris sui Filiis, Ernesto & Alberto, de qvibus multa infra habebitur Dissertatio. Henricus tredecim annorum Puer hac vita iterum excessit. Filiarum autem natu major nempè Anna Margaretha Ludovico II. Landgravio Hassia, & minor Catharina, Friderico Electori II. Brandenburgico, tum temporis ad Clavum Reip. sedentibus, nupserunt. Sed Wilhelmus cujus paulo ante mentio fiebat duas, qvas ex Anna Austriaca habebat Filias, in Matrimonium collocavit Margaretham Joh. Electori Brandenburgico, & Annam Henrico Duci Münsterbergensi. Sola igitur Generis conservandi Virtus in Friderico II. duravit, qvi cum Margaretha Austriaca undecim Liberos progenuit, è qvibus Ernestus & Albertus, conjunctissimi Fratres, Æmilia Ludovico Duci Bavarico, Anna Achilli D. Brandenburgico, in Thalamos datæ, & Hedwigis in Abbatissam Quedlinburgensem electa, ut Margaretha in Seuselzensem, in vita superstites manserunt; Ab his Heroici Patris Filiis Ernesto & Alberto uterque, Ernestinæ & Albertinæ, Ramus effulsit. Ernestus Electoralis Dignitatis Hæres & in Elisabetha Bavarica communis Stipes suæ Lineæ audit, qvam brevi recensione usq; ad nostram statem & modo regentes Principes commemorando perducemus.

#### §. V.

ERNESTUS Filias habuit duas Christinam & Margaretham, illa Johanni R. Dan. & Sveciæ, hæc Henrico Jun. D. Brunsvicensium Lineæ Cellensis, Conjuges datæ sunt. Filiorum autem, qvibus Thalamus ejus beatus erat, fuerunt qvatuor, è qvibus

bus Fridericus tertius, Sapiens, natu major ab excessu Patris sui Electoralem Dignitatem induit, & memoriares à se præclarè gestas Historicorum monumentis consignandas reliquit qvam plurimas, sed Thalami dulcedines nunquam degustare voluit. Albertus, qvi ipsum Frater nativitate sua excipiebat Episcopus Moguntinus factus itidem cœlibatum sanctè custodivit, sed Johannes Constans, tertius natu, post Fratrem beatissimè defunctum & Ernestum natu quartum Archiepiscopali apud Magdeburgenses, & Episcopali apud Halberstadienses, Dignitatibus præfectum, totam Hæreditatem & Dominii functionem solus adiit; Ultimus Wolfgangus immaturo partu editus hujus vitæ usuram haut percepit. Johannes igitur, nomine & re Constans, Elector V. Saxoniam masculi sanguinis Hæreditatem solus propagavit, qvippe qvi, Sophia Mecklenburgensi prima Thalami sibi socia juncta, semel Pater factus est, primus, qvi eodem Patre nascebatur, erat Joh. Fridericus Magnanimus, ultimus quidem ex hac Linea Elector, sed æterna laude decoratus Orthodoxæ Fidei Propugnator. Cum verò secundam in Domum suam Conjugem Margaretham Anhaltinam introduceret, hac Matre quadruplici Prole ejus Familia augebatur (1) Johanne sed immaturo, nec omnibus partibus in utero completo (2) Johanne Ernesto, qvi maturus Conjugio sibi copulabat Catharinam Brunsvicensem, verum sterili; (3) Maria, qvæ à Philippo Duce Pomerano in Thalamum petita atque impetrata est. Et (4) Margaretha, qvæ huic vitæ innupta valedixit. Solus igitur Jo-hann. Fridericus Magnanimus Ernestinæ Lineæ Fundator iterum esse debuit, id qvod fecit cum Sibylla Juliacensi, Wilhelmi Sorore, non Filia, qvod rectè notavit *Excellentissimus Menkenius* contra Hornium, qvæ eidem peperit Joh. Fridericum II. Joh. Wilhclmum, Joh. Ernestum, & Joh. Fridericum III. Johannes Ernestus præmaturo obitu extinctus est, & Joh. Fridericus III. a<sup>g</sup>au<sup>g</sup> huic mortalitati renunciavit, omnemqve spem seminis ex se se abrupit. Sed Joh. Fridericus II, cum altera sua, Conjuge Elisabetha Palatina, ad carceres usqve fidissima, procreavit Johannem Fridericum IV. & Fridericum, qvi hujus vitæ usuram haud diuturnam capiebant, hos Joh. Casimirus & Joh. Erne-

Ernestus excipiebant iterum, hic Isenacensis Lineæ Sator esse  
debebat, qvæ autem cum ejus Filio Joh. Friderico statim exspi-  
ravit; ille Coburgensis fiebat Autor, qui tamen sine Prole etiam  
extinctus spem omnem elusit, & Joh. Friderici II. posteritatem  
clausit, ita ut Lineæ Ernestinæ vindicatio uni Johanni Wilhel-  
mo Johannis Friderici II. Fratri divinitus commissa sit, à quo  
ipso & nunc numerosa hujus Lineæ prosapia descendit, hic cum  
Dorothea Susanna Palatina, intimius charissima, genuit in spem  
magnæ Gentis Fridericum Wilhelmum, Sibyllam Mariam, qvæ  
morte præoccupata haut nubilis facta est,) Johannem, & Mari-  
am Abbatissam Quedlinburgensem. Fridericus Wilhelmus no-  
væ Lineæ Altenburgensis Creator primum iniit Conjugium,  
cum Sophia Würtenbergensi, qvæ tribus ipsum Filiis Filiabusq;  
totidem Patrem esse evicit, ex qvibus sola Dorothea Abbatissa  
Quedlinburgensis diuturniorem vitam attigit. Secundum Ma-  
trimonium contraxit cum Anna Maria Palatina Neoburgica.  
auspicatissimè, ex qua itidem sex suscepit Liberos ac Thori mu-  
nera, qvatuor scilicet Filios Filiasq; duas, harum prima Anna  
Sophia Carolo Friderico Duci Münsterbergensi, altera Dorothea  
Alberto Duci Saxoniæ Isenaciensi, Conjuges elocatæ sunt. E  
Filiis primò natus Joh. Philippus fuit, hic ex Elisabetha Brunsv.  
habuit Filiam, nuptum datam Ernesto Gothano Pio, sed qvarto  
natus Fridericus Wilhelmus II. Paternæ Virtutis ac Ducatus Hæ-  
res, Fratribus omnibus, & qvibusdam post contracta Matrimo-  
nia acerbo funere mersis, constitutus est. Hic Fridericus Wilhelmus II.  
& Altenburgensis Lineæ Continuator ac Coburgensis  
Hæres fiebat, qui cum prima sua Conjuge Sophia Elisabetha  
Brandenburgensi sterile possedit Matrimonium, sed benigniori  
fato Thalamum ejus intravit altera Conjux Magdalena Sibylla  
Saxonica, qvæ, anno elapso, mascula Prole, Christiano Wilhel-  
mo nempe totum Patrem opplevit gaudiis, haud diu licet du-  
rantibus, cum hic ipsius natus per brevis vitæ esset. Hanc sub-  
seqebatur formosissima Filia & perfectum virtutis exemplar  
Johanna Magdalena, Johannis Adolphi Leucopetræi Principis  
justissimi in vita qvondam dulcissima & post mortem nunc des-  
ideratissima Condux facta. Ipsa Fratrem nanciscebatur se junio-

B

rem

rem Fridericum Wilhelmum III. magnæ spei & multarum vir-  
tutum Adolescentem, qvi verò Anno M DCLXXII. d. XIV. Ap-  
rilis fato functus hunc Ramum iterum deficere fecit. Omne  
igitur Lineæ Ernestinæ pertexendæ officium rediit ad Friderici  
Wilhelmi I. Fratris, sc. Johannis, posteros. Johannes cum Fri-  
derico Wilhelmo I. iisdem Parentibus natus per Dorotheam Ma-  
riam Anhaltinam undecim Liberorum præsidio genus suum  
suffulcire incepit, è qvibustamen quatuor priores Filii, & in or-  
dine septimus ac nonus una cum ultima Filia Johanna posthu-  
ma sine posteris è vita de hinc iterum migrarunt. Quintus Wil-  
helmus Vinariensis, Sextus Albertus Isenacensis & Octavus Er-  
nestus, cognomine Pientissimus, Gothanæ, Linearum Condi-  
tores effloruerunt. Decimus Bernhardus Archistrategus Gallo-  
Svecicus Heros incomparabilis, innumeris propemodum vieto-  
riarum insignibus decoratus VIII. Jul. Anno M DC XXXIX. Neo-  
burgi ad Rhenum non sine veneni à perfidis Gallis propinati su-  
spicione extinctus est: Alter Ramus Isenacensis obitu Alberti  
~~anniv~~ huic iterum Arbori excisus fuit. In Wilhelmi itaqve &  
Ernesti posteris omnis iterum vigor Ernestinæ Lineæ perdura-  
vit. Wilhelmus Thalamo sibi junxit Eleonoram Dorotheam  
Anhaltinam, qvæ defectum hujus Lineæ multiplici Prole com-  
pensavit, hoc suo Conjuge novies Mater facta, è qvibus ipsius  
Liberis Wilhelmus, Wilhelmina Eleonora, Joh. Wilhelmus & Fri-  
dericus maturo fato occubuerunt, sed Dorothea Maria Mauri-  
tio Administratori Naumburgensi nupsit, Adolphus Wilhel-  
mus è bello Svecico domum redux Isenaci fortis suæ habitatio-  
nenm constituit & cum Maria Elisabetha Brunsvicensi qvinqve  
Liberos βεραχυβίγε concepir, ita ut Patre post sexennium vivere  
desinente simul hic Ramus Lineæ Ernestinæ detractus sit. Sed  
Joh. Ernestus primus natu, Joh. Georgius qvinto natus & Bern-  
hardus in ordine septimus Vinariensem in tres dispescuerunt,  
Palmites, Vinariensem, Isenacensem ac Jenensem. Vinariensem  
continuavit Joh. Ernestus n. XI. Sept. An. MDC XXVII. & XV.  
Maj. An. MDC LXXXIII. denatus. Isenacensem (olim Marck-  
fulanum dictum) incepit Johan. Georgius n. XII. Jul. Anno  
MDC XXXIV, & mortuus XIX, Sept. Anno MDC LXXXVI. &  
Jenen-



Jenensem Bernhardus n. XXI. Febr. Anno MDCLXXXVIII. & morte deletus III. Maj. MDCLXXVIII. qui ipsius Ramus magnō Parentium dolore nuper IV. Nov. Anno MDCLXXXC. cum Joh. Wilhemus n. d. XXVIII. Mart. MDCLXXV. cessavit, ita ut ex illa Linea, tribus ipsius Fratribus cum Parentibus in Cœlo redunitis, sola Charlotta Maria n. XV. Dec. Anno MDCLXIX. superstes in Arce Dornburgensi vita suæ dies exigat. Ernestus Wilhelmi Vinariensis Frater & Gothanæ Lineæ Inventor cum charissima & Pietatis studio simillima Conjuge Elisabetha Sophia Altenburgensi octo & decem utriusque sexus Liberos professit, quorum medietatem ad superos præmisit, quo ipse XXVI. Mart. Anno MDCLXXV. in JESU SUI dulcissimi amplexibus transportatus est. De utriusque Wilhelmi & Ernesti posteris hodie viventibus & feliciter regnantibus infra agemus plurimis, in præsens ad hos terminos Lineam Ernestinam continua serie traduxisse nos sufficiet, pergitus nunc ad Albertinam.

§. VI.

ALBERTUS ANIMOSUS secundæ Lineæ Autor & quondam Frisiæ Gubernator, cum Zedena, Filia Regis Bohemiæ Georgii Podibratzkii, Lineam à se dictam in Orbe statuit Albertinam, hanc octo ex se natis Liberis statim multiplicavit amplificavitque, Catharina primogenita in Thorum transmissa est Sigismundo D. Austriæ, è quo transmigravit in Thalamum Erici D. Brunsvicensis. Sed primo natus Filius Georgius Dives, acerrimus Pontificis Rom. contra Lutherum vindex (licet meliore mente mortuus) cum Barbara Casimiri Regis Poloniæ Filia quinque e-quidem Filias & quatuor Filios generi Saxonico inferuit, è quibus singulari fato nullus hereditate paterna gavisus est, ut omnis pientissimo ipsius Fratri Henrico traderetur hereditas, qui Magdalena Elect. Brandenb. & Christina Landgravio Hassiæ Filiabus Georgii in Matrimonium datis, & Fratribus suis ac Sororibus ad aliam vitam translocatis & unico superstite Friderico in Magistrum ordinis Teutonici erecto, in omnem paternorum bonorum hereditatem transiit. Hic laudatissimus Princeps cum Catharina Mecklenburgensi in tribus Filiis Filiabusq; totidem genus suum iterum dilatavit, è Filiis primus Mauritius & primus

qvoqve ex hac Linea Elector Anno M D XLVII. d. XXIV. Febr.  
in Comitiis Augustanis à Carolo V. renunciatus, pietatis ac bellī  
studiis æqve celeberrimus, ex Agnesia Hassiaca duo Thalami  
pignora accepit, è qvibus Albertus & vitam & Patris Lineam,  
morte sua finivit, sed ipsius Soror Anna Wilhelmo Comiti Naf-  
sovienſi Principi Arauſionensi Conjux in Fidem Matrimonii  
commissa est. Mauritio vulnere in prælio accepto, nunc decum-  
benti, & ad Cœlum transmittenti Animam, qvo ipsum jam præ-  
cesserat Frater Severinus, successit alter ipsius Frater Augustus.  
Sororibus modo amplissimè elocatis Æmilie Georgio Marchio-  
ni Brandenburgico, Sibylla Francisco Ducis Saxoniæ inferioris, &  
Sidonia Erico D. Brunsvicensi. Augustus secundus ex hac Linea  
Elector cum prima Conjuge Anna Regis Dan. Christiani III. Fi-  
lia singulari fœcunditate XV. utriusqve Sexus Liberis Familiæ  
numerum auxit, è qvibus unustantum Filius longiori vitæ su-  
perfuit Christianus I. unà cum tribus Filiabus, Elisabetha, qvæ  
Joh. Casimiro Palatino, Dorothea Henrico Julio D. Brunsvicensi  
& Anna Joh. Casimiro Ducis Saxoniæ Connubiis junctæ fuerunt.  
Christianus I. Hæres ex afse etiam factus cum Sophia Branden-  
burgica septem generationibus huic Albertinæ Lineæ iterum  
donavit tres Filios quatrorve Filias, è qvibus natu major Con-  
juge D. Pomerano Francisco beata est, & ultima in Abbatissam  
Quedlinburgensem electa; intermediæ animas Cœlo remise-  
runt. Christianus II. major natu Filius & Patris in Electoratu  
Successor profundæ mentis Princeps cum Hedwige Friderici II.  
Regis Dan. Filia sterile obtinuit Matrimonium, uti & ipsius Fra-  
ter Augustus cum Elisabetha Brunsvicensi, Christiano igitur ad  
meliorem vitam abeunte, omnis in Joh. Georg. I. charæ stetit,  
Gloria gentis, ac si paterna æqve ac fraterna bona huic divinitus  
legata essent. Hic Georgius I. multis adversitatibus bellisqve ex-  
ercitatissimus Princeps cum secunda Thalami sui Compare  
Magdalena Sibylla Brandenburgica mirum in modum adauxit  
ampliavitqve Albertinam Lineam, & ad quatuor peculiares Ra-  
mos produxit Dresdensem in Joh. Georg. II. Leucopetraum in  
Augusto, Martisburgensem in Christiano, & Naumburgensem  
in Mauritio, præter qvos Linearum Satores duos adhuc alios Fi-  
lios

Ios ad Cœlum præmisit, tres autem Filias ex hac sua dulcissima Conjuge susceptas, Sophiam Eleonoram Georg. Landg. Hassiæ, Mariam Elisabetham Frider. Duci Holsatiæ & Magdalena Sibyllam formosissimam Filiam antea Christiano Principi Daniæ desponsatam, sed Friderico Wilhelmo Duci Sax. Altenburgico cœlitus asservatam, educavit. Ex horum posteris Lineæ Electorali hodie felicissimè præst SERENISS. JOH. GEORG. III. Elector. Leucopetræ Joh. ADOLPHUS Conditoris Augusti Filius. Martisburgensi ipse Conditor CHRISTIANUS, & Naumburgensi MAURITIUS WILHELMUS itidem Conditoris Mauriti Filius, tanquam Capita, de quibus eorumque Sangvinibus & Cognatis in sequentibus luculentior instituetur Dissertatio.

§. VII.

Qui supremum hujus Serenissimæ Domus Caput est & communis Propugnator merito suo maximo primus inter Serenissima Capita in scenam producitur SERENISSIMUS AC POTENTISSIMUS ELECTOR AC DOMINUS NOSTER CLEMENTISSIMUS JOH. GEORG. III. SACRI ROMANI IMPERII ARCHIMARE SCHALLUS, Orthodoxæ Religionis & Libertatis Germanicæ strenuus Assertor, glriosus hostium, omnibus consultationibus occulte Germanici Imperii intercessionem coquenter, Vindex, Candoris Amator, assentatorum perpetuus Ofor, Justitiæ Custos, bellici studii insignis Amator, & plus quam paterhus Parentium suorum Defensor. Hic An. M DC XLVII. d. XX. Jun. eo ipse die, quo teste Benedicto Aculfio toto Orbe Christiano clarissimi Heröes Godofredus & Baldinus 50000. Persas ad Urbem Antiochiam in Syria olim fuderant, natus est Patre Joh. GEORG. II. & Matre Magdalena Sibylla Christiani Marchionis Brandenburgici Filia. Patrem d. XXII. Aug. An. MDCLXXX. Fribergæ & Matrem d. XX. Mart. M DC LXXXVII. Dresdæ habere desiit, quibus Majoribus prognatus sit ex §. 6. innescet. In Collegio Electorali est sextus, inter seculares tertius, in numero Electorum Saxoniarum XXVII. qui Marchionibus Misnia accensentur XIV. ex Albertina Linea VII. Die I. Sept. An. MDCLXVII. in hanc Serenissimam Domum magnificentissimis Nuptiis introduxit Conjugem Annam Sophiam Friderici III. R. D. plentissimi Filiam Flensburgi Anno M DC XLVII. d. I. Sept

Sept. è Sophia Amalia Brunsvicensi natam, ita ut cum Conjugè suo annum Natalem communem non sine Omine habeat & diem Nativitatis & Nuptiarum eundem.

Si nos Pythagoræ non fallunt dogmata, corpus

Intrarunt Pallas, Juno, Venusq; ve, Tuum,

Qvo epigrammate ingeniosissimus Owenus Mariam de Neville affatus est, & nos Augustissimam patriæ nostræ Protectricem. Bis felici Puerperio beata peperit d. XVIII. Octob. Anno M DC LXVIII. Joh. Georg. IV. Principem Electoralem & d. XII. Maji Anno M DC LXX. FRIDERICUM AUGUSTUM. Principes Pacis ac Belli studiis nunc ad invidiam usq; ve excultos, qvorum ille Serenissimi Patris exemplum secuturus ex eadem Regia Danorum Familia Domum ducet quartam exinde Electricem Saxoniæ Sophiam Hedwigem n. XXVIII. August. Anno M DC LXXXVII. qvæ, Christina Carola d. XXI. Aug. M DC LXXXIX. mortua, Charissimis Parentibus unica superest pulcherrima Filia, Joh. Georg. IV. dignissima Sponsa. De hoc Serenissimo Fratrum pari idem affirmare licet, qvod Poëta de Ernesto & Alberto Friderici II. Filiis & Fratribus amantissimis cecinit versu pro seculi elegantia adornato:

Præbet fraternus Amor Exemplum pietatis,

Qvo magis esse neqvit Principe digna pio.

Magnificam hujus Potentissimi Electoris Aulam ostentat Dresden, Civitas ad Albim sita, & tanto Principe digna, in qvo plura memoratu yisuq; ye jucunda reperiuntur, qvam integro volumine complecti qvis posset, si rerum saltem Catalogum confidere vellet, qvæ in εξωποθαυμαλγεγηματωμειω incomparabili, Eqvili amplissimo splendidissimoq; Armamentario instructissimo, peregrinantibus ostenduntur Dresden, qvæ in hunc usq; diem de suæ intemeratæ virginitatis honoribus non injuria inter Urbes Germaniæ gloriatur. Sorores Celsissimus Elector duas habuit, qvarum prior intra primum ætatis annum extinta est, altera Erdmuthis Sophia Eruditissima & hujus Seculi decus Christiano Ernesto M. Brandeb. Beruthino nuptum Anno M DC LXII, d. XX. Oct. locata naturæ debitum ðπας d. XII. Jun. Anno M DC LXX, exsolvit,

s. VIII.



§. VIII.

Secundum hujus ALBERTINÆ LINEÆ locum obtinet Fami-  
lia Leucopetræa, cui tanquam Summum Caput nunc præsidet  
JOHANNES ADOLPHUS Princeps Piissimus & Placidissimus  
Anno MDC XLIX. de II. Nov. omnium Animarum memorie  
sacro, qvi omnium Parentium animarum Anima esse debebat  
natus Patre AUGUSTO, Administratore Archi-Episcopatus  
Magdeburgensis d. IV. Jun. An. MDC LXXX, mortuo & Ma-  
tre Anna Maria Adolphi Friderici Duci Mecklenburgensis Fi-  
lia d. XI. Dec. Anno MDCLXIX. beatè defunctâ. Connubio  
sibi adjungi voluit auspiciatissimo & amplissimo d. XXV. Oct.  
Anno MDCLXXI. Johannam Magdalenum & generis & for-  
mæ & pietatis splendore maximè conspicuam, Friderici Wilhel-  
mi II. D. Saxo-Altenburgici & Magdalenæ Sibyllæ Amitæ suæ Fi-  
liam & ultimi Friderici Wilh. III. Sororem unicam; ex hac susce-  
pit 1) Magdalenum Sibyllam n. III. Sept. Anno M DC LXXIII.  
maternæ virtutis & formæ ex asse Heredem. 2) Augustum Fride-  
ricum n. d. XV. Sept. An. M DC LXXIV, sed vitæ iterum huic  
exemptum d. XVI. August. ad M DC LXXV. 3) Johannem A-  
dolphum n. VII. Jun. & denatum d. XVIII. ejusdem mensis An-  
no M DC LXXVI. 4) JOHANNEM GEORGUM se dignissimum  
Successorem & continentia moribus commendatissimum Prin-  
cipem. n. XIII. Julii Anno M DC LXXVII. 5) Anonymum d.  
XXIV. Julii Anno M DC LXXVIII. 6) Johannam Wilhelmi-  
nam splendidam Matris suæ imaginem n. XX. Januarii Anno  
M DC LXXX. 7) Fridericum Wilhelmum n. XVIII. Jan. Anno  
MDCLXXXI. & extinctum M DC LXXXIII. 8) CHRISTIANUM  
spem magni Principis facientem n. XXIII. Februarii Anno  
M DC LXXXII. 9) Annam Mariam n. XVII. Jun. Anno  
M DC LXXXIII. Aviæ suæ paternæ nomina gerentem. 10) So-  
phiam n. XI. August. Anno M DC LXXXIV. & 11) denique  
JOHANNEM ADOLPHUM in ultimum Conjugalis Amoris à Matre  
pignus, imò obiectamentum, relictum IV. Septembris Anno  
M DC LXXXV. Ipsa verò Gloriosissima Mater animam Cœlo  
devovit Leucopetræ d. XXII. Jan. Anno M DC LXXXVI. cu-  
jus dulcissima memoria Serenissimi Vidui animum immortaliter  
desi-

desiderio tenet. Magnificus hic Princeps Aulam suam exhibet  
Leucopetræ pereleganti Oppido & qvod Arce Ducali nec non  
Illustri Gymnasio insuper nobilitatum est. Qvos Fratres ac So-  
rores habuit, & adhuc habet seqventi describuntur Abo 1) Mag-  
dalena Sibylla n. II. Sept. M DC XLVIII. & d. XIV. Nov. Anno  
MDCLXIX. Friderico Duci Gothano in Matrimonium collo-  
cata, sed vitæ subrepta ac Conjugis Thoro d. XX. Jan. Anno  
M DC LXXXI. 2) Augustus n. III. Dec. An. M DCL. & diu satis  
cum sectatus esset Mavortia castra itidem vitæ huic abreptus est,  
d XI. Aug. An. M DC LXXIV. hic Viduam reliquerat Carolam  
Friderici Landg. Hassiæ & Eleonoræ Catharinæ Palatinæ Filiam  
qvam An. M DC LXXXIII. d. XXV. Aug. mense ipsi fatali duxerat  
atq; ex ea unicum tantum Filiolam in utero extinctam genu-  
rat; qvæ Vidua deinceps in Thalamum transiit Johan. Adolphi  
Comitis Tecklenburgici. 3) Christianus n. XXV. Junii Anno  
MDCLII. qvi multis expeditionibus bellicis innotuit, apud Pa-  
truelem suum Electorem Saxoniæ intimæ admissionis Amicus  
habitus est, hic Anno M DC LXXXIX. in nupera obsidione Mo-  
guntiæ gloria qvidem, verùm etiam cruenta satis, fortiter pro  
Patria pugnans, cum opera militum in accessibus ordinaret, i&ctu  
globuli pyrii trajectus morti occubuit & triste sui in Animis o-  
mnium Heroum desiderium reliquit. 4) Anna Maria n. d. XXVIII  
Febr. An. M DC LIII. & vinculo hujus mortalitatis soluta ite-  
rum d. XVII. Febr. An. M DC LXXI. 5) Sophia n. XXII. Jun.  
M DC LIV. & d. XVIII. Jun. An. MDCLXXVI. Carolo Wilhel-  
mo, Pr. Anhaltino Servestano solennium Nuptiarum celebrita-  
te addicta. 6) Catharina n. XII. Sept. An. M DC LV. & d. XXI.  
Apr. An. M DC LXIII. corporis custodiis iterum quoq; liberata.  
7) Christina n. XXV. Aug. An. M DC LVI. & d. XXI. Jun. An.  
M DC LXXVI. Augusti Friderici D. Holsatiæ & Episcopi Lube-  
censis nova Nupta facta. 8) Henricus n. XXIX. Sept. Anno  
MDCLVII. qvi Fratri Augusto in præpositura Magdeburgensi  
successit & d. XXX Martii Anno M DC LXXXVI. Uxorem  
duxit Elisabetham Albertinam Anhaltino-Dessaviensem, ex qua  
progenuit Filium n. XXVIII. Julii Anno M DC LXXXVII. & d.  
XXII. Jan. Anno M DC LXXXVIII, eundem iterum morte de-  
perdi-

perdidit & Joh. August. n. XXIV. Jul. An. M DC LXXXIX. &  
d. XXI. Oct. ejusdem anni denatum. 9) Albertus n. XIV. April.  
An. M DC LIX. qvi Thorisociam nactus est Christianam The-  
resiam ex Illustri Familia Löwensteinensi & Wertheimensi, qvæ  
ipsi d. XXVII. Jul. An. M DC XC. peperit Filiam Christianam.,  
10) Elisabetha n.d. XXV. August. An. M DC LX. & morte ite-  
rum perempta d. XI. Maji An. M DC LXIII. 11) Dorothea n. XVII.  
Dec. An. M DC LXII. & suis iterum fato subducta XII Maji  
An. M DC LXIII. Præterea è secunda Patris ipsius Conjuge Jo-  
hanna Walpurgi, Georgii Wilhelmi Comitis Leiningensis in We-  
sterburg d. XXIX. Jan. An. M DC LXXII. in Thalamum ad-  
scita, insigni Virtute præstantes duos adhuc alios Fratres præce-  
dentibus annumerat Fridericum n. XX. Nov. An. M DC LXXIII.  
sub vexillo Electoris nostri Saxon. militat & Mauritium n. V. Jan.  
An. M DC LXXVI. in Aula ipsius Leucopetræ agentem.

### §. IX.

Tertius, qvi Albertinæ Lineæ annectitur, Ramus est Mar-  
tisburgensis, cui primus adhuc ejus Conditor præsidet REVEREN-  
DISSIMUS ET SERENISSIMUS EPISCOPATUS MARTISBURGENSIS AD-  
MINISTRATOR AC SAXONIAE DUX CHRISTIANUS In  
IMPERIO ROM. INTER PRINCIPES SENIOR GRAVISSIMUS, VENE-  
RABILISSIMUS, PRINCEPS ALIAS CLEMENTISSIMUS, ACADEMIAE  
NOSTRAE CANCELLARIUS PERPETUUS d. XXVII. Octob. Anno  
M DC XV. in lucem hanc vitalem Patre Joh. GEORG. I. Elec-  
tore, & Matre Magdalena Sibylla Brandenburgica, editus. An.  
M DC L. d. XIX. Nov. Conjugali sibi fœdere adstrinxit Con-  
jugugem Christianam, Castissimam & Heroico Spiritu anima-  
tam Principem, die XXI. Septembris Anno M DC XXXVI.  
huic vitæ donatam, Patre Philippo Duce Holsatiæ in Glücks-  
burg & Matre Sophia Hedwige, Francisci II. D. Saxo-Lauenbur-  
gici Filia, è qva multipli Prole au&us est. 1) Magdalena Sophia  
n. d. XIX. Oct. Anno M DC LI. qvæ jam Marito matura ex-  
spiravit XXIX. Martii An. M DC LXXV. 2) Joh. Georgio  
n. IV. Dec. An. M DC LII. & d. III. Jan. An. M DC LIV. in ter-  
ram reverso. 3) CHRISTIANO n. XIX. Nov. An. M DC LIII. qvi

C

Muni-

Munificentissimus & Placidissimus Princeps, nec non Patri suo  
gratissimus Successor est, d. XIV. Octob. An. M DC LXXIX.  
Nuptiis sibi adjunxit Erdmuthin Dorotheam Mauriti Patrui  
sui Filiam, tenerrimè charam, ex ea haec tenus genuit Christianum  
Mauritium n. VII. Nov. A. MDCLXXX. Johannem Wil-  
helmum n. XI. Octob. An. M DCLXXXI. & mortuum XXIX.  
Maji An. MDCLXXXV. Augustum Fridericum n. X. Martii  
Anno M DC LXXXIV, & morte suppressum d. XIII. August.  
An. M DC LXXXV. Philippum Ludovicum n. III. Nov. An.  
M DC LXXXVI, & fato deletum rursus d. XI. Junii Anno  
M DC LXXXVIII. & denique Mauritium Wilhelmum n. V.  
Febr. Anno M DC LXXXVIII. 4) AUGUSTO n. V. Febr. Anno  
M DC LV. qvi I. Decemb. An. M DC LXXXVI. in Thorum  
sibi adornatum introduxit Conjugem Hedwigem Gustavi A-  
dolphi Ducis Mecklenburgensis Filiam, ex illa suscepit 1) Chri-  
stianam Magdalenam n. XI. Sept. An. M DC LXXXVII. & ami-  
fit X. Dec. Anno M DC LXXXIX. 2) Filiam in Arce Stargar-  
densi d. XXX. Dec. An. M DC LXXXIX. natam ac mortuam. Et  
3) hoc An. currente d. X. Martii iterum aliā Carolinam Augustam.  
5) Anonymo n. i. Feb. An. M DC LVI. 6) PHILIPPO n. XXVI.  
Octob. An. M DC LVII. qvi artis & Martis studiis exercitatissi-  
mus Princeps erat. Hic d. IX. Julii An. M DC LXXXIV. Spon-  
sam ambiit Eleonoram Sophiam, Joh. Ernesti Ducis Vinarien-  
sis & Christianæ Elisabethæ Holsat. Sunderburgicæ Filiam n. XXII.  
Martii An. M DC LX. & IV. Febr. An. M DC LXXXVII. lethi  
violentia eidem iterum subtractam, postquam ei, quamquam  
per brevis vitæ Liberos genuerat Christianam Ernestinam n. d.  
XXI. Jul. An. M DC LXXXV. & d. VI. Jun. An. M DC LXXXIX,  
à vitæ hujus statione iterum depulsam & Joh. Wilhelmum n.  
XXVII. Januarii An. M DC LXXXVII. & d. XX. Jun. Anno  
M DC LXXXIX. itidem morte hujus vitæ usura spoliatum. Tan-  
dem d. VII. August. An. M DC LXXXVIII. ad secunda vota  
transiit cum Louysa Elisabetha Christiani Ulrici Ducis Würten-  
berg. & Anna Elisabethæ Anhaltinæ Filia n. XXII. Febr. An-  
no M DC LXXIII: quæ unum ei Filium peperit Christianum  
Ludovicum n. d. XVI. Sept. Anno M DC LXXXIX. & XX.

Jun,



Jun. Anno M DC XC. de vitæ hujus vigilia iterum abactum  
ipse verò Parens Chiliarchæ Eqvestris munere defunctus in  
exercitu Lüneburgensi in nupero cruento prælio d. XXI. Junii  
Anno M DC XC. in Brabantia adversus Gallos occubuit & o-  
mnibus mœstissimam sui recordationem fecit. 7) Christiana n. I.  
Jun. An. M DCLIX. qvæ Christiano Ducis Saxoniam è Gothanis  
in Matrimonium assumta est d. XIII. Febr. An. M DCLXXVII.  
& d. XIII. Martii Anno M DC LXXXIX. in Puerperio extincta.  
8) Sophia Hedwige n. IV. Aug. An. M DCLX. Joh. Ernesto iti-  
dem Ducis Saxoniam è Gothana Linea & Christiani Fratri d XVIII  
Febr. An. M DCLXXX. elocata, at d. I. Aug. An. MDCLXXXVI  
tranquille defuncta. Hujus Filios Filiasqve confignavimus §.  
XX. 9) HENRICO n. II. Sept. An. M DC LXI. qvi Rei militari se-  
totum dicavit & variis expeditionibus magnum sibi Nomen ac-  
quisivit. 10) Mauritio n. XXIX. Oct. An. M DCLXII. & d. XXL  
Apr. An. M DC LXIV. mortuo. 11) Sibylla Maria n. XXVIII.  
Oct. M DC LXVII. & d. XXVII. Oct. An. M DC LXXXIII. Chri-  
stiano Ulrico Ducis Würtenbergensi & Oelsæ in Bernstad nupta,  
qvæ nuperrimè quintum Puerperium celebravit: siqvidem pe-  
perit 1) Christianam Mariam n. VII. Aug. An. MDCLXXXV. &  
denatam XXIV. Mart. anno statim postero. 2) Christianum  
Erdmannum n. XXIV. Jul. An. M DCLXXXVI. & d. VIII. Jul.  
An. M DC LXXXIX. rursus mortuis annumeratum 3) Eleono-  
ram Hedwigem n. I. Jul. An. M DC LXXXVII. & XV. Oct. anno  
seqvente moriendi necessitate subreptam. 4) Ulricam Erdmu-  
thin n. XXVI. Jan. An. M DC LXXXIX. & 5) Carolum Fride-  
ricum n. VII. Febr. An. M DC XC. Hujus Celfissimi Principis  
Christiani Sedes ac Aula Ducalis est Martisburgi in Urbe perve-  
tusta & admodum celebri, ad Salam sita.

§. X.

Quartus, qvi in Linea Albertina Saxonica Familiæ Virida-  
rium exornat, Ramus est Naumburgensis, cuius Apicem repræ-  
sentat hodiè beatissimi Satoris Filius REVERENDISSIMUS ET SERE-  
NISSIMUS PRINCEPS MAURITIUS WILHELMUS d. XII. Mart.  
An. M DC LXIV. natus Patre MAURITIO, huic vitæ subrepto d.  
IV. Dec. An. M DC LXXXI. & secunda ejus Conjuge Matre  
Doro.

Dorothea Maria Wilhelmi D. Saxo-Vinariensis Filia d. XI. Julii  
Anno M DC LXXV. denata. Princeps cest nulla Virtute & do-  
ctrinarum genere non Maximus, atque ita vita integritatis Stu-  
diosissimus, qui literatis nunquam patitur deesse patrocinium.  
Hic, peregrinationibus felicissime peractis, ac magno solatio-  
nunc Imperio suo subditis redditus, d. XXV. Junii Anno  
M DC LXXXIX. Conjugali Amore sibi devictam Pozdami a-  
mare coepit, eamque d. XIII. anno eodem Domum duxit Mari-  
am Aemiliam, Friderico Wilhelmo Electore Brandenburgico In-  
victissimo, & Dorothea Holsatica Electrice d. XVI. Nov. Anno  
MDCLXX. genitam & Caroli Ducis Mecklenburgensis relictam  
Viduam, ex qua d. XXVI. Mart. An. M DC XCI. Fridericum  
Wilhelmum, sed eodem Anno d. XV. Maji mæstissimis Parenti-  
bus morte erexit, suscepit, & hoc Anno d. XIII. Martii Filiam  
Dorotheam Wilhelminam. Aedes quas Beatissimus ejus Parens  
Aulico ornavit fastigio, palatinas, & satis munitas inhabitat Ci-  
zæ, quæ Urbs ad Elytrum sita est ; Dignitate olim Episcopali,  
quæ tamen deinde Naumburgum translata est, gaudens & haut  
procul ab ipsa dissito Cœnobio Posen in Historicorum scriptis  
notissima. Qvos Fratres ac Sorores habuerit atq; hodieñ habeat  
viventes, præsenti syllabo exponemus. Primus è primo Conjugio  
cum Sophia Hedwige Holsatica, Mauritii Filius erat, Johannes  
Philippus natus XII. Nov. An. M DC LI. & altero statim An. d.  
XXIV. Nov. defunctus ; Alter Mauritius n. XXVI. Sept. Anno  
M DC LII. qui itidem anno subsequente d X. Maji terrenis qvis-  
qviliis adhærere noluit. E secundo Conjugio cum Dorothea  
Maria Vinariensi numeravit 1) Eleonoram Magdalenam n.  
XXX. Oct. Anno M DC LVIII. & placido mortis somno iterum  
sopitam d. XXVI. Febr. Anno M DC LXI. 2) Erdmuthin Do-  
rotheam n. XIII. Nov. An. M DC LXI. quæ Ludovico Landgra-  
vio Hassæ in Darmstad desponsabatur, quo in ipso Nuptiarum  
apparatu abrepto, à Christiano Patrueli Merseburgensi in Ma-  
trimonium assumebatur. 3) Johannem Georgium n. XXVII.  
Aprilis Anno M DC LXV. sed seqventi d. V. Sept. ad Silentum  
rursus castra delatum. 4) CHRISTIANUM AUGUSTUM n. IX. Oct.  
Anno M DC LXVI, qui charactere Chiliarchæ pedestris ab Ele-  
ctore

Etore Saxonie, à qvo meritis suis serio amatur, insignitus ejusdem castra seqvitur, Princeps Moderatissimus & multarum scientiarum profunda notitia Cultissimus. 5) Fridericum Henricum n. XXI. Julii Anno M DC LXVIII. qvi itidem sub Vexillo Gloriosissim Electoris nostri militans Legati in certa Legione munere defungitur. 6) Mariam Sophiam n. III. Nov. Anno MDC LXX. qvæ XXXI. Maji anni proximè seqventis extremum vitæ diem implevit. 7) Magdalenam Sibyllam n. VII. Apr. & mortuam XX. Aug. Anno M DC LXXII. E tertia Conjuge Sophia Elisabetha Holsatica Liberos haut vidit noster vñ c̄r aγ̄oic cum Majoribus suis constitutus Mauritius, cuius Generationibus enumeratis præsentem Lineæ Albertinæ Fortunam luculentiter satis descripsisse nos existimamus, qvare pergitimus ad reliquam pattem, qvæ in delineando novissimo Ernestinæ Lineæ statu occupabitur.

§. XI.

ERNESTINA LINEA in Vinariensem, Isenacensem & Gothanam secernitur, hæc ultima rursus in Gothanam, Coburgensem, Mainungensem, Römhildensem, Eisenbergensem, Eifelensem & Saalfeldensem, de singulis seorsim agemus.

§. XII.

Supremus Vinariensis Lineæ Moderator hodie est SERENISSIMUS PRINCEPS WILHELMUS ERNESTUS n. d. XIX. Oct. Anno M DC LXI. Patre Joh. ERNESTO & Matre Christina Elisabetha Holsato-Sunderburgica, qvæ Anno M DC LXXIX. vivere desit, cui nihil deest ad Boni Principis laudem, hic III. Nov. Anno M DC LXXXIII. in Thalamum admisit suum Charlottam Mariam, Bernhardi Ducis Saxo-Jenensis Filiam; conjunctis consiliis unà cum Fratre Joh. Ernesto n. XXII. Jun. Anno M DC LXIV. publicæ salutis curam gerit, hic d. XI. Oct. Anno M DC LXXXV. Thori Sociam accepit Sophiam Augustam Joh. V. Principis Anhaltini Servestani Filiam n. IX. Martii Anno M DC LXIII. ex eadem modò seqentes nati sunt ipsi Liberi: 1) Johannes Wilhelmus n. V. Jun. Anno M DC LXXXVI. qvivere cessavit, cum inciperet 2) Ernestus Augustus n. XIX. April. Anno M DC LXXXVIII. 3) Eleonora Christina n. XV. Aprilis Anno M DC LXXXIX. & mortua

VII. Febr. An. M. DC. XC. 4) alia adhuc Filia n. VI. Jul. Anno  
M. DC. XC. Antiquissima horum Principum Sedes est Weima-  
ria, Urbs amœna & munita, in loco pingvi admodum, & fœcun-  
do sita. Arx hujus Oppidie elegantissima est, & magnis impensis  
ac singulari studio exstruēta, jussu ac cura Dorothæ Mariæ An-  
haltinæ, quæ Johannis D. Saxoniæ Coniux & multorum Princi-  
pum Mater fuit, §. 5. recensitorum. Serenissimi hi Fratres trium  
insuper Sororum cognatione gaudent, quarum prima Anna Do-  
rothea n. XII. Nov. An. M. DC. LVII. quæ vitam cœlibem aliis  
quibuscumq; vivendi generibus longissimè anteponens & amo-  
ris divini esurientissima æterna cum laude Abbatissam apud  
Quedlinburgenses agit. Altera Wilhelmina Christiana n. XXVI.  
Nov. An. M. DC. LVIII. elocata Comiti Christiano Wilhelmo  
Schwartzburgensi An. M. DC. LXXXIV. Tertia Eleonora So-  
phia n. XXII. Martii An. M. DC. LX. in Thalamo fuit per qua-  
driennium nondum completum Philippi Ducis Sax. Martisbur-  
gensis. De qua supra.

ISENACENSIS LINEÆ PROPAGATOR est JOHANNES GEOR-  
GIUS d. XXIV. Julii Anno M. DC. LXV. natus Patre JOHANNE  
GEORGIO d. XIX. Sept. A. M. DC. LXXXVI. Wildschiriæ impro-  
visò extincto & Matre Johannetta Ernesti Comitis Saynæ Filia  
& Joh. Ludovici Landgravii Hassiæ Vidua. Conjugæ recrea-  
tur Sophia Charlotta Eberhardi III. Ducis Würtenbergensis Fi-  
lia n. XXII. Febr. An. M. DC. LXXI. Sedem sibi fixit Isenaci, cui  
vel ab Iside, qvæ condidisse eam Urbem fertur, Regina, nomen  
est inditum, vel à ferro habet, cui Arx vicina est Wardburgum in  
monte situm, cuius Autor exstitit Ludovicus Landgravius co-  
gnomento Salius. Sorores Fratresq; qvibus cum iisdem Parenti-  
bus usus est, sunt 1) Eleonora Erdmuthis Sophia, multis pro-  
cul dubio palmam formositatis ambiguam faciens n. XIII Aprilis  
An. M DC LXII. & IV. Nov. An. M DC LXXXI. Mulier  
facta ex Joh. Friderico Marchione Brandenburgico in Onoltz-  
bach, nunc Vidua. 2) Fridericus Augustus n. XXIX. Oct. Anno  
MDCLXIII qvi in obsidione gravissima Budæ d. XIX. Septemb:  
iæ tu tormenti vulneratus & d. XXX. ejusdem mensis Anno  
M DC LXXXIV, Posonii exspiravit. 3) Maximilianus Heinricus

85

& JOHANNES WILHELMUS gemelli n. XVII. Octobr. Anno M DC LXVI. è qvibus prior d. XXII. Jul. An. M DC LXVIII. extinctus est, alter superat & d. III. Nov. An. M DC XC. Amaliam Wilhelmi Friderici Principis Nassoviensis Filia duxit UXOREM. 4) Luisa n. XVIII. Apr. M DC LXVIII. & Anno postero XXVI. Jun. in cineres iterum prolapſa. 5) Friderica Elisabetha ætatis flore & formæ veneratione nulli secunda Virgo & mira specie spectabilissima, n. V. Maj. M DC LXIX. 6) Ernestus Gustavus n. XXVIII. August. An. M DC LXXII. qvo ipso anno mortalitatis exsuvias iterum depositus; ad hos terminos hactenus accrevit Wilhelmi Vinariensis Posteritas.

#### §. XIV.

IN LINEA GOTHANA CAPUT IMPERANS est CELSISSIMUS AC SERENISSIMUS PRINCEPS AC DOMINUS FRIDERICUS n. XV. Jul. An. M DC XLVI. Patre ERNESTO Piissimo & Matre Elisabetha, Sophia Saxonica, Heros excelsi, masculi & generosi Animi. Nuptias bis celebravit, primas An. M DC LXIX. d. XIV. Nov. cum Magdalena Sibylla Virtutibus Ornatissima Virgine, Augusti Ducis Sax. & Administratoris Hallensis Filia, qvæ hos ordine positos Filios Filiasq; sibi peperit 1) Annam Sophiam n. XXII. Dec. An. M DC LXX. splendidis Virtutum ornamentis decoratam. 2) Magdalenam Sibyllam n. XXX. Sept. An. M DC LXXI. & d. II. Mart. An. M DC LXXIII. mortalitate iterum exutam. 3) Dorotheam Mariam n. XXII. Jan. An. M DC LXXIV. præstantissimis formæ dotibus insignitam. 4) Fridericam n. XXIV. Mart. An. M DC LXXV. vivam Matris imaginem. 5) FRIDERICUM n. XXVIII. Jul. M DC LXXVI. Magnanimum Principem & ad omnia summa natum. 6) JOHANNEM WILHELMUM n. IV. Octob. An. M DC LXXVII. perpetuum Paternæ Virtutis æmulum. 7) Elisabetham n. VII. Febr. An. M DC LXXIX. qvæ d. XXII Junii An. M DC LXXX. terram iterum cum Cœlo commutavit. 8) Johannam n. I. Oct. An. M DC LXXX. ad ejus formæ decus natura benignas etiam manus contulit. Hujus pulchræ & multipli-  
cis sobolis Genetrix XX. Jan. Anno M DC LXXXI. præmaturo obitu afflictæ hujus vitæ conditionem, Cœlum perpetuo anhe-  
lando, deserebat, qvare ut mœstissimus Viduus sobolis educatio-  
ni

ni consuleret, secundarum Nuptiarum apparat⁹ fecit & Domum  
duxit Christinam Friderici VI. Marchionis Badensis & Chri-  
stinæ Magd. Palatinæ Filiam, n. XXVII. Apr. An. M DC XLV.  
& Alberti Marchionis Brandenburgo Onoldini Viduam. d. XIV  
Aug. eō ipso anno, qvo prior obdormivit; qvod ipsum Conju-  
gium vero hactenus nullos Thalami fructus dedit. Hospita-  
huic Principi tecta præbet in Arce splendidissima & munitissima  
Fridenstein dicta Urbs Gotha ad Linam interlabentem hodiè  
sita,

§. XV.

COSBURGENSIS LINEÆ SUPREMUS IMPERANS est SERENISSI-  
MUS AC CLEMENTISSIMUS PRINCEPS AC DOMINUS, ALBERTUS  
Heroico pectore & multis expeditionibus bellicis adversus Tur-  
cas Gallosqve Clarissimus, qvare & S. Cæsareæ Majestatis Supre-  
mus Campi Mareschallus Legatus & Legionis pedestris Dux  
Splendidissimus audit. In scenam hujus vitæ prodiit iisdem-  
cum Friderico Parentibus Piissimis beatus XXIV. Maji, Anno  
M DC XLVIII. in Familiam suam introduxit Conjugem d.  
XVIII. Jul. Anno M DC LXXVI. Mariam Elisabetham, Adol-  
phi Wilhelmi Patruelis Viduam, & Augusti Brunsvicensium D.  
Filiam, qvæ Cœli Filia, uti ob insignes Pietatis Laudes recte à  
Poëta nuncupatur, postqvam eigenuerat Ernestum Augustum  
d. I. Septembris Anno M DC LXXVII. qvamvis anni statim  
seqventis XVII. Aug. morte rursus deperditum, ipsa qvoqve d.  
XV. Febr. An. M DC LXXXVII. In naturæ modum consuma-  
vit, & Albertum Nostrum mœstissimum Viduum fecit. Tan-  
dem solitudinis molestia vietus ad Thalami, & per Summam,  
Imperatoris LEOPOLDI Gratiam ad Ducales Honores evexit  
Susannam Elisabetham, Nobilem Bohemiæ, ex antiquissima Fa-  
milia Kimpinskiorum, atqve cum ea, qvam & summa Virtus ceu  
Dignissimam extollebat, Nuptias agitavit die XXIV. Maji An-  
no M DC LXXXVIII. Sedem hic Princeps translocavit Cobur-  
gum in Civitatem satis splendidam & Gymnasio etiam Celeber-  
rimam.

§. XVI.

§. XVI.

MAINUNGENSIS LINEÆ & Conditor ac DOMINUS hodiè cele-  
bratur SERENISSIMUS DUX BERNHARDUS in qvem omnes Hu-  
manitatis ac Bonitatis laudes congerere liceret, qvippe qvi im-  
pigro conatu ad perfectam harum Virtutum Gloriam emersit.  
Auram vitalem haurire cœpit d. XV. Sept. Anno M DC XLIX.  
ac Piissimis Parentibus nunc toties laudatis Nativitate sua ma-  
gna ac multa paravit gaudia. Anno M DC LXXI. d. XX.  
Nov. primo Matrimonio sibi sociavit Mariam Hedwigem, Geor-  
gii II. Landgrav. Hassia in Darmstad & Sophiæ Eleonoræ Sa-  
xonicæ Filiam, qvæ vitæ humanæ scenam deseruit d. XIX.  
Aprilis Anno M DC LXXX. qvando ipsum jam dulcissimis  
suis Amoribus expleverat & multorum Liberorum Parentem fe-  
cerat, qvi sunt 1) Ernestus Ludovicus n. VII. Octobris Anno  
M DC LXXII. 2) Bernhardus n. XXVIII. Octobris Anno  
MDCLXXIII. 3) Johannes Ernestus n. XXIX. Dec. Anno  
MDCLXXIV. qvi rebus vero mortalibus interfuit usqve ad  
VIII. Febr. Anni M DC LXXV. 4) Maria Elisabetha n. XI.  
August. Anno MDCLXXVI. & XXII. Dec. anni ejusdem in-  
cineres iterum collapsa 5) Joh. Georgius n. III. Octob. Anno  
M DC LXXVII. & ad Silentum castra relatus d. X. Oct. Anno  
MDCLXXVIII. 6) Fridericus Wilhelmus n. XVI. Febr. Anno  
MDCLXXIX. & 7) Georgius Ernestus n. XXVI. Mart. Anno  
MDCLXXX. quo ipsa suos Marito Amores confignavit. Se-  
quenti anno ineunte post Prioris obitum novam Vitæ Thoriqp  
Sociam Guelpherbyti invenit Elisabetham Eleonoram, Antonii  
Ulrici Ducis Brunsv. Sapientissimi & Elisabethæ Julianæ Holsa-  
ticæ Filiam, & Joh. Georgii Ducis Mecklenburgensis Viduam.,  
n. d. XXXI. Sept. Anno MDCLVIII. cuius in DEUM & omnes  
probos probatissima Fides laudari satis nequit. Ex hac Libero-  
rum ejus numerus auctus est, nempe 1) Elisabetha Ernestina  
Antonia n. III. Dec. Anno MDCLXXXI. 2) Eleonora Fride-  
rica n. II. Martii Anno MDCLXXXIII. 3) Antonio Augusto  
n. XX. Jun. & denato X. Dec. Anno MDCLXXXIV. 4) Wilhel-  
mina Louysia n. XIX. Jan. Anno MDCLXXXVI. & 5) Antonio  
Ulrico n. XXII. Oct. An. MDCLXXXVII. Sic non numerosæ mo-

D

do,

dō, sed & optimē moratæ sobolis Patens esse perhibetur. Aulæ ejus per quam jucundus locus est Mainungæ ad Werram in Comitatu Hennebergico. §. XVII.

RÖMHILDENSIS LINEÆ AUTOR est HENRICUS DUX SAXONIÆ SERENISSIMUS d. XIX. Novemb. Anno M DCL. natus Parentibus, quos cum præcedentibus Fratribus suis communes habet, qui Virtutem cum Vitæ Sanctimonia hactenus æquavit semper. Hic ipsis Calendis Martii Anno M DCLXXVI. Mariam Elisabetham à Ludov. VI. Landgrav. Hassiæ in Darmstad Filiam Forma & Ætate florentem Sponsam petiit, obtinuitque, sed Deo O. M. nondum collibitum fuit, ut dulces Matrimonii fructus meterent & honorum suorum Hæredes è sangvine proprio creatos cernerent. Romhildium Urbs in Comitatu Hennenbergico, egregia Arce ornatum, his Serenissimis Conjugibus gratam paravit habitationem. §. XVIII.

EISENBERGENSIS LINEÆ FUNDATOR AC PRÆSES est hodiè CHRISTIANUS SERENISSIMUS etiam SAXONIÆ DUX, n. d. VI. Jan. Anno M DC LIII. undecima generatione Matris productus, Princeps moderatis temperatisque moribus atque erga omnes æquissimus. Primis Nuptiis, d. XIII. Februarii Anno M DC LXXVII. celebratis, Christianam Christiani Ducis Saxo-Martisburgensis & Christianæ Holsaticæ Filiam dilectissimam, novam nuptam secum in Thorum abduxit, quæ post enixam Filiolam Christianam n. d. IV. Martii Anno M DC LXXIX. morbo oppressa vitam amisit eodem anno d. XIII. Martii. Hæc chara Coniux cum præmaturè ejusdem oblationibus subducetur, antequam Amoris conjugalis dulcedine saturatus esset, secundis Nuptiis huic vulneri medelam facere voluit d. VIII. Febr. Anno M DC LXXXI, Sophiam Mariam, Ludovici VI. Landgravii Hassiæ in Darmstad Filiam eam iterum esse voluit, cui diceret: Tu mihi sola places, atque hæc ipsa est, quæ ejus Animum huc usque favitatibus suis pavit, fructus licet Coniugii & charthori pignora nondum impetraverit. Sedem defixit suam Eisenbergæ, quod Oppidum est haut procul Jena dissitum, suosq; olim Comites habuit. §. XIX.

EISFELDENSIS LINEÆ Sator est ERNESTUS DUX SAXONIÆ SERE-

SERENISSIMUS, intrepidæ mentis Princeps & bellicis studiis exercitatus n. XII. Julii Anno M DC LV. hic in Castro Waldeccensi Arolsen d. X. Febr. Anno M DC LXXX. solenni Nuptu Conjugem accepit Henrietam Sophiam, Georgio Friderico, Principe Waldeccensi & Elisabetha Carola Nassovia Natam, mira formæ elegantia præditam & moribus ad omnem magnificentiam & honestatem compositis insigniter decoram, ex hac pulchra Arbore hofce Amoris sui Fructus decerpfit, Ernestum Fridericum n. d. XII. Auguft. Anno M DC LXXXI. Sophiam Carolam n. XXIII. Decemb. Anno M DC LXXXII. Carolum Wilhelmum n. d. XXV. Jul. Anno M DC LXXXVI. qui anno statim sequente d. I. Aprilis ad eum, à quo animam acceperat, rediit. Urbs Eisfeldia in Confiniis Thuringiæ & Franconiæ sita magnificentam huic Principi Aulam concedit, & propter feliciter contractum Matrimonium amplam hæreditatem sperare jubet.

§. XX.

SAALFELDENSIS LINEÆ PRINCEPS est JOHANNES ERNSTUS DUX SAXONIÆ SERENISSIMUS AC GLORIOSISSIMUS n.d.XXII. Aug. Anno M DC LVIII. Hic ut Nominis Paterni, ita & Virtutis h.e. Pietatis, Hæres esse semper voluit. An. MDCLXXX. d.XVIII. Febr. solitudinem quoque terminavit & Conjugem sese addixit Sophiæ Hedwigi Ducis Saxo-Martisburgensis & Christianæ Holsaticæ, Filiæ moribus & amoribus sibi simillimæ, qva cum fœcundum quoque thorum possedit, siqvidem ex illo procreavit 1) Christianam Sophiam n. d. XIV. Jun. Anno M DC LXXXI. 2) Anonymam natam d. V. Maji Anno M DC LXXXII. 3) Christianum Ernestum n. d. XVIII. Aug. An. MDCLXXXIII. 4) Charlottam Wilhelminam n. d. IV. Jun. An. MDCLXXXV. Ipsa verò in deliciis ejus habita Conjux d. I. Aug. An. MDCLXXXVI. & amandi & vivendi in his terris finem fecit. Ipsum Saalfelda, Oppidum satis celebre, hunc charum Patriæ Patrem sinu suo fovet & complectitur & qvidem Viduum. §. XXI.

Ne prætermittamus, qvas insuper Sorores Fratresqve hi Laudatissimi & Conjunctissimi septem Fratres Genealogiis suis ex iisdem Parentibus insertos exhibeant, eos brevi adhuc verborum compendio enumerabimus. Sunt autem seqventi ordine

memorandi: 1) Joh. Ernestus n. d. XVIII. Sept. An. MDCXXXVIII.  
sed eodem anno XXVI. Decemb. corporis iterum vinculis solu-  
tus. 2) Elisabetha Dorothea n. III. Jan. Anno M DC XL. Er-  
uditissima ac sapientissima Princeps, qvæ in Sponsam cessit Ludo-  
vico Landgrav. Hassia V. Dec. Anno M DCLXVI. 3) Joh. Er-  
nestus n. XVII. Maji Anno M DCXLII. sed tumulo depositus  
XXXI. Dec. Anno M DCLVII. 4) Christianus n. XXII. Febr.  
Anno M DC XLII. atqve eodem mense statim iterum extin-  
ctus. 5) Sophia n. XXI. Febr. Anno M DC XLIII. atqve exani-  
mata XIV. Oct. Anno M DCLVII. 6) Johanna n. XIV. Febr.  
Anno M DC XLV. atqve iterum è medio per mortis violentiam  
sublata VII. Oct. Anno M DCLVII. 7) Dorothea Maria nata  
d. XII. Febr. Anno M DCLIV. qvæ usqve ad annum mortis  
MDCLXXXIV. in diem XVII. Junii incidentis innupta mansit.  
8) Joh. Philippus n. I. Mart. An. MDCLVII. & eodem anno die  
autem XIX. Maji exanimatus 9) Johanna Elisabetha n. II. Sept.  
MDC LX. eodemq; anno XVIII. Dec. denata. 10) Joh. Philippus  
n. XVI. Nov. M DCLXI. & XIII. Mart. MDCLXII. è viventium  
Fratrum numero iterum deletus. 11) Sophia Elisabetha n. XIX.  
& XXIII. Maji mortua Anno M DCLXIII. Qvare ut Pietatis ita  
& Fœcunditatis rarum exemplum fuit Ille Ernestus Senior, nec  
dubitamus asserere id, qvod multis Historia aliis exemplis confir-  
mat, Piorum Hominum Thalamos numerosa plerumq; Li-  
berorum serie benedictionis ac benevolentia Divinæ argumen-  
tum suppeditare.      §. XXII.

Inspice, qvæ so nunc, Benebole Lector, SAXONICÆ FAMILIÆ &  
Gloriam, & qvam demonstrare volumus, Fœcunditatem, simul-  
q; ve perpende, qvot inter Fridericum II. Placidū, Bellicosū Filium,  
d. XXIV. Aug. An. MCDXL. natum, & Dorotheam Wilhelminam  
Celsissimi Ducis Mauritii Wilhelmi Saxo-Naumburgensis recen-  
tissime hujus anni & mensis die decimo tertio natam Filiam, ge-  
nerationes intercedant, fateri necesse habebis, simile fœcunditatis  
exemplum in nulla Germanorum Familia Illustri produci posse  
in medium, qvæ Saxonica spatio CCLXXX. annorū, CCLXXVII.  
octo ante Linearum Ernestinæ & Albertinæ ortum, CXLV. in  
Ernestina, & CXXIV. in Albertina, generationib⁹ amplificata est,

Fortu-

Fortunâ ejus haft minutâ, sed novis iudicis rerum accessionibus  
auctâ, ex eo præsertim tempore, quo cum ovante gaudio in pos-  
sessionem Orthodoxæ Religionis venit. Suas eqvidem domesti-  
cas vicissitudines etiam passa est, hoc aliove Ramo exarescente  
iterum, attamen ab extrinseco fortunæ impetu non adeò magna  
detrimenta sustinuit. Ita in Wilhelmo Anno M C D LXXXII. d.  
XVII. Sept. desit Linea *Vinariensis*, *Georgiana* cum Georgio d.  
XVII Apr. Anno M D XXXIX. *Mauritiana* cum ipso Mauritio d.  
XI. Julii Anno M DLIII. *Christiana* cum Christiano II. d. XIII.  
Nov. Anno M DC XI. qvæ præcipuæ transmutationes Regimi-  
nis sunt in Albertina Linea; In Ernestina majores pluresque  
acciderunt, ita in Joh. Friderico Magnanimo deperdita est Ele-  
ctoralis Dignitas; in Joh. Casimiro An. M DC XXXIII. d. XVI.  
Jul. cessavit noviter incepta Linea *Coburgensis*; & in Joh. Er-  
nesto d. XXIII. Octob. Anno M DC XXXVIII. nova *Isenacen-  
sis*; in Friderico Wilhelmo III. Anno M DC LXXII. *Altenburgen-  
sis* ac *Coburgensis* jam conjunctæ. Cum Alberto Vinariensi  
d. XX. Dec. Anno M DC XLIV. secunda vice inchoata *Cobur-  
gensis* abrumpebatur & cum Adolpho Wilhelmo d. XXI. Nov.  
Anno M DC LXVIII. tertia vice suscepcta *Isenensis* exspiravit,  
uti *Jenensis* IV. Nov. anno superiore, cum Johanne Wilhelmo  
I. ut alias mutationes brevitatis Studiosi sicco pede nunc transe-  
amus.

### §. XXIII.

Id qvod superesse putamus, est, ut Aram nunc votivam pro  
DOMUS SAXONICÆ incolumitate ad extremum Mundi diem con-  
tinuanda incendamus, & pias ad eandem preces profundamus,  
qvod per brevis versus & simplici stylo dedolatus exseqvetur:

Donec Flora suis rutas custodit in hortis;  
Saxonicas Rutas servet in Orbe Deus.

---

## COROLLARIA.

- I. In Genealogiis & Dissertationibus Genealogicis or-  
dinandis Prioritas Lineæ, non Dignitatis, suppeditat  
ordinem.
- II. Unus in Imperio Romano-Germanico est Impera-  
tor

tor, Octo Electores, Qvinque Archi-Episcopi, Triginta Episcopi, Viginti & septem Abbates ac Prælati, Quatuordecim Abbatissæ; Duces ac Principes viginti novem, Comites Septuaginta tres, Regentes; Nobiles Genere ac Virtute tot, qvot haud facile dantur in alio qvocunq; Regno, exinde seqvitur Germaniam totius Europæ esse populosissimam & Potentissimam Terram.

III. Constitutio de Pace Religiosa per Concilium Tridentinum sublata non est.

IV. Præstat vivere in Societate Conjugali, qvām in Cœlibatu.

V. Nobiles decet esse literatos.

VI. Deus Pascha instituit Anno à Creatione Mundi 2447 decima Die, Mensis primi Nisan, h. e. Martii.

VII. Plenilunium Paschale Diem 25 Martii & 18 Aprilis nunquam nec antecedit nec seqvitur.

VIII. Sol & Terra moventur.

IX. In Parallelogrammo complementa eorum, qvæ circa Diametrum sunt, Parallelogrammorum inter se sunt æqvalia.

X. Horologium Æquinoctiale est ad Lunaris constructionem commodissimum.

XI. Errant qui Solem esse Lucis Fontem dicunt.

XII. Species visibiles recipiuntur in concava oculi superficie.

XIII. Judicia Astrologica, Metoposcopica, Anthropometrica, Onychomantica & Chiromantica, si à perito Artifice proficiscantur, non sunt planè spernenda.

XIV. In illegitimos ac Spurios non descendit Patris Nobilitas.

XV. Aristotelicæ & Cartesianæ Philosophiæ datur consensus.

ΔΟΞΑ ΤΩ ΘΕΩ,

**Q**VAM, GERNHARDE, DOMUM CELEBRAS DO,  
ETEQUE TUERIS,  
FORTUNÆ HÆC SEDEM DET SOLIDETQUE TUÆ.

D. VAL. ALBERTI.

---

CYGNÉA CANTIO B. FELLERI CYGNEI.

**S**AXONICÆ CAPITA ALTA DOMUS, GERNHARDE, RECENSÈS,  
INSTAR QVÆ VIRIDIS RUTÆ BODIEQUE VIRENT.  
QVAM BENÈ SUB RUTÆ DESCRIPTIS TEGMINE RUTAM  
SAXONICAM!ILLA TIBI NAMQUE SALUBRIS ERIT.  
RUTA FUGAT VIRUS, PLURESQUE ADHIBETUR AD USUS,  
QVÆ TIBI NON ISTE HÆC COMMODA RUTA DUIT?

Properab.

L. JOACHIMUS FELLERUS, PP.  
& NATIONIS FRANCONICÆ SENIOR.

---

Ad Politiss. DN. RESPONDENTEM.

**S**AXONICAM DESCRIBE DOMUM, DULCISSIME FAUTOR,  
UT PATEAT, STUDII QVÆ TIBI META FIET.  
SAXONICÆ PRIMOS DOMUI SACRANDO LABORES,  
HUIC QVOQVE TE CUNCTOS VELLE SACRARE DOCES,  
MAESTE; SUB HACCE DOMÔ TE FATA BENIGNA MANEBUNT,  
ET MANEANT! TOTÂ CEU TIBI MENTE PRECOR..

scr.

L. GOTTLÖB FRIDERICUS SELIGMANN/  
ECCLESIAST. & COLLEGIAT. LIPS.

Docto-

**D**octorum indoctum sprevisti vulgus, Amice,  
Cui nihil omnino qvàm Methodista placet,  
Et Postillarum compilat plausta coacta,  
Cum Templi Custos scandere Rostra jubet.  
Omnia sublimis Sophiæ circumvolat arva  
Mens Tua, qvam pascit melle Minerva suo.  
Hoc satis explanat præsens Oratio verbis  
Summorum pandens sacra Theatra Ducum.  
Illustrent Te Luce sua, qyot cernis Olympo  
Saxonico Soles tempora ferre bona.

*Hæc paucula Amoris sui  
contestandi gratia adjecit  
gratulabundus*

PRÆSES.







K 1751



IA 706

1017

n.c.





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-19540-p0038-9

DFG

§. II. S  
Saxones ad ipsum volentes ad Obacrum phalorum, 8 supplices in pit. Exercit Westphalis, verant, clade tus est, fidei vero in Italia lus; Saxone Nova hac per conventu, Sa piam Saxonum fidem sevit, baptizari burgum restat lum.

§. III. In Seniores, sacra interim ad Sif Hispaniam co ipse redux fac qui cuncta ad Hos Alemani nam Fluvium vix pauci eva circa annum Lippiam fud os & Westpha no autem sec Nordalbingo to, supplices memoriam Se phano templ



rgum refecit; prohibere, te exercitu, inonem Ost obvios atque datis rece a Saxonibus orum intra plus mox ult. Simul ac bierat Caro ripuerunt, iæ suorum gens ad Lip im Christia lus illi igno neret, Eres didit castel

les Saxoniz Vittekindus, & cum in intellexisset concitavit, levastarunt. iæ ad Adara altitudine plus, nova Bucholz ad i Angrivari rinxit. An goenses & amnem si vit. In rei rato St. Ste berstadium postea